Presulis Ottonis iussu captos velut ovis
Abbas cum monachis Maximini fere cunctis
Infra cenobium nec astans impedit ipsum
Mandat diversis presul captos dare vinclis
Sarburch ac Cochme Palizel istos tenuere
Qui dic̄ non sancti regulam servant Benedicti

De visitatione ecclesie Treverensis

Visitat ecclesiam legatus post Treverensem
In die Decembris fit decima septima mensis
Hic nuncupatus Henricus ab Anglia natus
Ac cardinalis de pape latere missus
Sed post canonicis est lis cum presule grandis
Noluit statuta legati sumere grata
Sed mox appellant nec obedire curant
Presul ut hec servent arcius ipse iubet
Hic sequitur mirum quod unquam a/ ~~minime~~ ~~nemini~~ visum
a/ est a nemine 1278. Tollunt reliquias hii de basilica cunctas
Et quo duxere nullus potuit bene scire
Urbs claudit portas per quindenamque seratas
Summus decanus accessit corpore sanus
Sed sunt reliquie statim pace facta reverse
Hanc facit antistes dictus de Monte Johannes
Binis decanis huic domino sociatis
Paulini primus secundus erat Symeonis
Affuit et quartus Bernhardus Carthusiensis
b/ deest c. Quatuor equales fuerant hii b/ mediatores

De obitu eiusdem et meritis

De obitu Ottonis. 1278. Penset quisque legens quam sit fortuna caduca
Exitus est studii parva scintilla sui
Obtulit hic supplex hostias sepissime Christo
Repulit Judeos per dyocesim Phariseos
c/ pro magna ff cap^w usura 1278. Pro sua factura pro sua magna c/ usura
Obtulit ~~hoc~~ huius corpus patrie tutissime custos
d/ sic. 1278 Coluit hic d/ fidem heresis acerrimus hostis
e/ versus deest 1278 Peregre e/ pergit trans maria limina crucis
Presul eximius pacificus atque benignus
Voluit assiduis animum tabescere curis
Et paciens corpus et mens erat apta labori
Otto tenet ~~[illegible]~~ murum semper murum tenet Otto
f/ quater C. 1278. Anno milleno C quater f/ vicesimo nono
In mense Februario migravit pontifex Otto
Tiburtii colitur traxit undecima que castos.

Epythaphium Ottonis 1278. Epitaphium eiusdem

Lachrimis insculptum sta lege flebile carmen
i/ princeps 1278 Qui presul cleri dux gentis pacisque presul i/
Fide divus pietate plenus qui patrie custos
Nobilis qui nata prudens qui corpore potens
Cujus per immensas ibant preconia gentes
k/ Zegenhain 1278. Humili sub saxo putret de Zegenhan k/ Otto

Finis feliciter